



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 77. Legati nomine suorum Principum auxilia polliciti

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

cescat, nec partibus suis deerunt in Asia Sæcul. XV.  
 Caramaniæ Princeps, ceterique Otho- A.C. 1463.  
 manicæ potentiaë hostes.

## §. LXXVII.

*Legati nomine suorum Principum  
 auxilia polliciti.*

Cum hæc & plura sat prolixo sermone perorasset Pontifex, sententias Cardinalium percunctatus, neminem invenit, qui non illico expeditionem sacram commendaret, hancque in rem cuncta bona simul & vitam offerret; solus obstitit Atrebatensis Cardinalis, qui aliunde summo Pontifici parum propensus erat. Ceterum Italorum Principum Legati, accepto a Dominis suis mandato spondent, se Decretum Mantuanum de decimis, vigesimis, ac trigesimis adimplenturos. Genuenses vero non minus ac Sabaudiaë Dux, licet rogati essent, nullum Romam miserunt, qui in hoc Patrum Senatu auxilium polliceretur. Florentini nil nisi speciosa verba dederunt, ac Senenses decem tantum millia aureorum obtulerunt. Mediolanensium Dux excusationibus longe quaësit se expedire Nebius l. 8.  
 nitebatur. Cum igitur Pontifex Genuen- Foliet l. 11.  
 sium Legatorum absentiam intelligeret, ad Papiens. epist. 33.  
 eos Fabianum Jurisconsultum misit, qui Æn. Sylv. epist. 392.  
 hortaretur, ut Majorum suorum exempla  
 seque-